

uarer, nisi quia tractatus sapientiae, inter
insipientis manus, nescio quo pacto su-
prà quam putaueram exercuit, & ad fi-
nem propero: Hæc dixisse satis est, has
mihi sententias, non tam Histionis quam
Philosophi videri, facilèque omnes om-
nino meo iudicio probari, præter penul-
timā, quam non sine causa Seneca, velut
sibi aduersam liquit, atq; ultimā, de qua
quid cum Cicerone sentirem, dixi iam.

LABERIUS.

CAETERUM protot Asiae Regibus aut
populis, in Capitolium secutis, cur-
rus triumphantium Romanorum suffi-
ciat ad vindictam, quod nunc Romanus
eques à conciubus longè distractus, Asia-
ticum victorem suum, in hoc opere sub-
sequitur. Laberius inter eos, qui Mimos
scriptitarunt, diù clarissimus viator tandem
est à Publio: Quippè à quo nunc ta-
lium studiosus nemo non vicitus est? quod
& Iulius Cæsar definiuit his verbis: Fa-
uente tibi me, vicitus es Laberi à Syro,
Et Laberius ipse, tam æquanimiter tulit,
ut vicitum se sine altercatione fateretur,
his sapientiae plenis & memoratu dignis
versibus;

f. iiiij.